



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

EPIGRAMMATA
EX LIBRIS GRÆCÆ
ANTHOLOGIÆ

A Q. Septimio FLORENTE CHRI-
STIANO selecta, & Latinè versæ.

SIVE
FLORILEGIVM LATINV M
EX GRÆCO FLORILEGIO.

Accessit M v s æ i Poëmatium versibus
ab eodem expressum.



L V T E T I Æ,
Ex Typographia Roberti Stephani.
M. D C. IIX.
Cum priuilegio.





INDEX TITVLORVM
GRÆCÆ ANTHOLOGIÆ,
*ex quibus hæc Epigrammata
selecta fuerunt.*

A

In amicitiam 27, a
In amorem prolis 27, b
animalia 11, a
arbores 8, b
arcانum 16, b
astrologos 30, a
auaros 41, a

*In effigiem Anastasij
regis in Euripo* 41, b
aucupes 52, a
aves 19, b. 57, b
In perdicem 57, b
cicadam 58, a

B

In Baccharum imagi-
nes 65, a
*In Baccham quæ By-
zantij erat* ibid.

C

In calatum scripto-
rium 8, b

Carmina in se re-
currentia, seu reci-
proca 6, b
Carmina ἴσονθα,
i. quorum literæ pa-
rem numerum effi-
ciunt 89, b

In certamina, & pugi-
les 1, a
citharœdos, & tra-
gœdos 34, b. 52, b.
*In effigiem Arionis
citharœdi* 74, b

*In effigiem Mariæ
citharistriæ* ibid.
contumeliosos 41, a
crepitum 38, a
curas 28, a

D

In deformes
deos 32, a
33, b

I N D E X

<i>deorum</i> , dearūmq;		temulentis	ibid.
statuas	69, b	naufragis	ibid.
dolosos	32, b	iūuenibus	92, a
domos	76, a	pastoribus	ibid.
<i>In domum excelsam,</i>		militibus	ibid.
<i>quæ Byzantij erat</i>	<i>ib.</i>	notarijs	93, a
<i>In domū super mon-</i>		Ab agricolis	87, b
<i>te exstructam Byzantij</i>	<i>ibid.</i>	hortulanis	90, a
		opificibus	93, b
<i>In domum incusto-</i>			E
<i>ditam, Irrisoriè</i>	76, b	<i>In ebrietatem</i>	16, a
<i>In magnum Præto-</i>		Echo	13, a
<i>rium exornatum</i>	<i>ibid.</i>	equos	34, a
<i>In ædes Agath. scho-</i>		<i>Epigr. χειρόδη</i>	106, b
<i>lastici apud Byzantium</i>		<i>Epigr. in athletarum</i>	
<i>ibid.</i>		<i>columnas, in circo Vr-</i>	
<i>In donaria</i>	2, a	<i>bis C. P.</i>	83, b
simulacrorum	85, b		F
amatoriorum	89, a	Facetiæ conuiula-	
votorum	89, b	les	39, a
ferarum	<i>ibid.</i>	<i>In felicitatem</i>	10, b
<i>In donaria ab athletis</i>		filias	33, a
data	85, b	filios, & filias	62, a
<i>A piscatoribus</i>	86, a	fluuios	24, b. 79, a
<i>bacchantibus</i>	87, a	<i>pontem Sangarij</i>	<i>ibid.</i>
senibus	<i>ibid.</i>	<i>In fœtidos</i>	32, b
mulieribus	88, b	fontes	21, a. 34, b.
<i>venatoribus</i>	90, a		77, a. 106, a
<i>In tres fratres</i>	<i>ib.</i>	<i>In fontem</i>	72, b
citharcœdis	91, a	formam	15, a
coquis	<i>ib. b</i>	fortitudinem, & for-	

TITVLORVM.

tes viros	2, b	horologia	81, a
In fortunam	26, a	hortos	74, a
<i>In Magistratum dignitate exutum</i>	26, b	<i>In hortum marinum</i>	<i>ibid.</i>
fratres	44, a		I
frugalitatem, siue animum sua sorte contentum	16, b	In improbos	24, 2.
fures	34, b	37, b	
	G	infantes	7, b.
In graciles	35, b	47, b	
grammaticos	8, b.	infelicitatem	9, b
31, b		insulas	18, b
<i>In effigiem Grammatici</i>	78, a	inuidiam	27, a
gratos, & ingratos	II, a	iudices	15, b
<i>In ædem Mineruæ apud Ilium sitam</i>	<i>ib.</i>	iustitiam	9, a
	H	iuuenes, & puellas	
In heroas	51, a	55, b	
heroinas	68, b	Pauli silentiarij in filiam suam	56, b
horas, & menses		L	
28, b		In lapillos	74, b
<i>In Romanorum menses</i>	<i>ibid.</i>	iaspida sculptum	<i>ibid.</i>
<i>In Vernum tempus</i>		Amorem sculptum in cyatho	<i>ibid.</i>
<i>ibid.</i>		lapidem quicithara&sonum emittebat	75, a
<i>Monostichum Theonis, in hebdomadem</i>		balneum	<i>ibid.</i>
29, a		balneum, quod apud Smyrnam erat	<i>ibid.</i>
		aliud apud Byzantium,	
		quod Venerem habebat sejse lauagem	<i>ib.</i>

I N D E X

- | | | |
|-------------------------------|-------------------------------|--------------|
| <i>In aliud quod apud Ly-</i> | <i>In meticulosos</i> | 31, b |
| <i>cium erat</i> | <i>minas</i> | 4, b |
| <i>aliud de nomine Amo-</i> | <i>misericordiam</i> | 10, a |
| <i>ris dictum</i> | <i>Quæ Meleager dice-</i> | |
| <i>In balnea Agamemnonia,</i> | <i>re potuisset, quum bos</i> | |
| <i>apud Smyrnam</i> | <i>Ioui immolandus mu-</i> | |
| <i>balneum, quod erat</i> | <i>giret</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Præneti, ad sinum</i> | <i>mæchos</i> | 53, b |
| <i>Astacenum</i> | <i>mortein, & mortuos</i> | |
| <i>Laudes</i> | <i>13, a</i> | |
| <i>In libidinosos</i> | <i>mulieres</i> | 8, b. 31, b. |
| <i>lusum</i> | <i>48, a</i> | |
| | <i>In iuuencam, quæ</i> | |
| | <i>è regiâe Constantino-</i> | |
| | <i>polis erat</i> | 48, b |
| | <i>Agath. scol. In matrē</i> | |
| | <i>suam Byzantij iacen-</i> | |
| | <i>tent</i> | 49, b |
| | <i>Eiusdem, In sororem</i> | |
| | <i>suam Eugeniam</i> | 50, a |
| | <i>mulierum effigies</i> | |
| | <i>66, a</i> | |
| | <i>mutilatos</i> | 2, a |
| | | N |
| | <i>In naues</i> | 18, a |
| | <i>naufragium</i> | 17, a |
| | <i>eos qui naufragium</i> | |
| | <i>passi sunt</i> | 53, b |
| | <i>Verba naufragi ad</i> | |
| | <i>arricolam</i> | <i>ibid.</i> |

TITVLORVM.

nauigia	37, a	<i>piscem puellæ misisset</i>
nouercam	16, b	97, a
nuptias	8, a	<i>In 7. Plan. eorūq; in nos vires et affectus</i> 105, b
O		<i>poëtas</i> 21, b. 36, b.
In orationum, seu ver-		58, b. 77, a
suū scriptionem 15, b		<i>In nouem Lyricos</i> ib.
obscuros vitos 45, b		
P		
In pastores	22, b	p̄t̄ces 11, a
pauperes 25, a. 61, b		prodigos 4, b
philosophos 27, b.		proborum virorum
42, a. 62, b. 89, b		effigies 64, a
Palladæ, imò verò		pugiles 20, b. 43, b
Themistij Philosophi in		pugilum effigies 65, a
se ipsum, quando Præ-		pusillos 30, b
fectus Vrbi Nouæ Ro-		R
mæ factus est, Valen-		In rapaces 29, b
tiniano et Valēte Imp.		rhetoras 38, a. 61, b
42, a		rhetorum, seu ora-
In septem Sapientes		torum effigies 79, b
62, b		S
Apophthegm. septem		In saltatrices 76, b
Sapientum	ibid.	In saltatricis effigiem
In pictores	33, a	ibid.
pictores, statuarios,		In columnam Pyladæ
& in vniuersum		saltatoris 77, a
imagines 66, a		sapientiam 25, a
pietatem 10, b		senectutem, & senes
pigros 36, b		8, a. 48, a
pisces 15, a		In eum qui sese ante
Pauli silentiarij, Cùm		mortem sepelierat ib.
		seruos 32, b. 51, a

INDEX TITVLO RVM.

In simulacra regū	65, a	In conopeum	80, b
effigiem Pisistrati	65, b	tabulā lusoriam	ibid.
magistratum	ibid.	phialā, quæ pisces mo-	
solatium	31, a	titātes includebat	80, b
statuā Echūs	69, b	discum	ibid.
status animalium		In venatores	52, b
66, a		veterum, & heroum	
vaccam Myronis	ib.	quorundam effigies	
aprū Calydoniū	67, a	67, a	
suburbia	79, b	vetulas	31, a
In suburbium de no-		Victoriæ simulacra	
mine Amoris dictum,		76, a	
apud Amaseam	ibid.	statuam Victoriæ pēnis	
superbiam	26, b	carentē Romæ, cuius	
surdos	34, b	pēnæ fulmine crema-	
T		tæ fuerant	ibid.
In talionem	4, a	vinum	19, a
temperantiam	25, a	viros claros	43, a
templa	16, b	viros fortes	44, a
In tumulum Pompejū		virtutem	4, b
in Ægypto	17, a	vitā humanam	6, a.
tempus	28, a	13, a	
temulétos	36, a. 53, a	vitem	1, b
tibicines, & item sal-		vltionē diuinam	9, a
tatores	5, a	vrbes	23, a. 78, a
V		Pharū Alexandriae	ib.
In vafros	21, a	Soteria quæ apud Smyr-	
vafa, siue utensilia		nam erant	ibid.
80, a		—265—	



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.



M V S A E I (ut ferunt) POEMATIVM,
De amore & morte Leandri & Herūs.

AB EODE M F L. CHRISTIANO
versibus è Græco expressum.

N S E Q V E , Diua, facem, furtuos testis
amores
Quæ vidit, simul vndiuagi nocturnum
Hymenæi
Inque natatorem, et connubia furua perenni
Inuisa Auroræ, Sestōnque et Abydon, ubi Herūs
Festinatus Hymen noctu est; audire Leandrum
Iam videor, Venerisque, ipsam, quæ nuntia, tedam,
Herūs noctiuagæ quæ prævia pronuba, Amoris
Grande decus tedam, quam post certamina noctis
Inferere astrorum numero cata debuit alti
Cura Iouis, mox dicere et indigitare iugale.
Sidus amorum: adiuit enim sine more labores
Clara Cupidineos, atque insomnes Hymenæos:
Nuntia seruauit vigilans, infesta priusquam
Vis venti ingrueret: sed nunc mihi concine mortem
Leandri, exitiumque exstinctæ triste lucerne.

Aduersa oppositè duo sunt, pontoque propinqua
Oppida Sestus, Abydus: Amor cùm tenderet arcum,
Tunc fortè vna urbem percussit utramque sagitta,

Virginis et iuuenis quo pectora torruit ictus:
 Nomen erat iuuenis Leander, virginis Hero;
 Hæc urbem sestum, contrà ille tenebat Abydum,
 Ambo vriusque urbis pulcherrima sidera quondam,
 Consimilésque sibi: Quia, si unquam sit tibi cursus,
 Parte, super turri rogites quā sestias Hero
 Lychnum stabat habens, et dux erat alta Leandro:
 Tum freta pontis ona antiquæ sciteris Abydi
 Suspirantis adhuc et amorem, et fata Leandri:
 Verūm qui potuit ciuis Leander Abydi,
 Et capi amore Herūs, et amore ligare cupitam?

Pulchra Hero claro genere orta, lonisque propages,
 Sacra fuit Veneri Cythereæ antistita virgo,
 Indocilisque tori, Cypris digna ipsa videri.
 Nunquam fæmineis (pudoris fuit) ausa cateruis
 Miseri, aut choreas æquæne pubis adire,
 Emula fæminei fugiens contagia sexus,
 Qui semper formæ prælato inuidit honori:
 Verūm perpetua Veneris prece numen amicans,
 Sæpe sacris sub muneribus placabat Amorem,
 Cælesti cum matre, timens flammata pharetræ
 Vulnera: sed nec sic potuit fugere ignea tela.

Iamque dies aderat, qui sesto festus in urbe,
 Publicus, huc Venerique, et Adonidi soluere vota
 Omnis conferto plebs agmine concurrebant;
 Huc vicina suos omnis tulit insula cines:
 Emonie hinc, hinc æquoreæ ruit incola Cypri:
 Nulla Cythereas tenuit tunc fæmina sedes,
 Nullus odorati Libani saltabat in antris,
 Nullus tam celebri tunc defuit accola luce;
 Huc Phrygiae, huc venit vicinæ habitator Abydi,

P O E M A T I V M.

Quique puellari iuuenes ardore tenentur.
Namque illis solitum celebrare frequentibus vrbes,
Ducere quas fama est festæ solemnia lucis,
Non tam sacrorum, quam formæ propter amorem
Virgineæ. Tunc ergo Deæ delubra petebat
Virgo Hero, faciem splendore corusca venusto,
Menstrua nascenti qualis Luna albicat ore;
Cui summos niuearum orbes rubicunda genarum
Almities notat; ut bicolor rosa primitus exit
Ex calatho: credas pratum fulgere rosarum
Pulchra per ora Herūs; etenim rubor vndique malas
Vestibas, subierque pedes, dum incedit, amictu
Candidulo fulsere rose; quin gratia membris
Multa inerat: Charitas tantum tres esse vetustas
Falsò ait, unus ocellus enim si riserat Herūs,
Crescebant centum Charites: hæc Cypride digna
Flaminica, exsuperansq; omnes forma illice Nymphas
Essè Venus meruit, Veneri sacrata Camilla:
Hæc facile iuenum subiit præcordia, nec vir
Vllus erat qui coniugium non posceret Herūs;
Quæ quoties, & quæ templum sublime pererrans
Incedit, trahit in se animos oculosque virorum,
Hanc aliquis iuenum miratus talibus infit,
Et Spartam ascendi, & vidi Lacedæmonis arces,
Magnum vbi certamen formarum audimus haberi;
At non sic tenero & molli veneranda decore
Visa mihi: ac forsan Charitū venas hic habet unam:
Lumina lassa mihi, sed non satiata videndo;
Lecti Herūs initum haud dubitem vel morte pacisci:
Nec deus esse velim, nec cœli gaudia curem,
Edibus in nostris potiar si coniuge tali.

*Sin mihi fas non est sacram adfectasse Camillam,
Da similem vxorem thalamis, Cytherea, fouere.*

*Sic aliquis iuuenu in vota hæc clamabat, idemque
Vulnus alunt ali⁹ venis, furtim illa furentes
Forma facit: grauiora quibus tu, pass⁹ Leander,
Non tua furti⁹ pungebas pectora curis;
Verum improviso telorum saucius igne
Nolebas sine forma Herūs producere vitam:
Ex oculorum acie fax augescebat amorum,
Pectus e⁹ inuictæ bullibat ab impete flammæ:
Namque inculpata præstans bona forma puellæ,
Corda virūm penetrans volucri cadit ocyūs arcu:
Pandit ocellus iter, cuius de verbere acuto
Labitur, atque viri subit in præcordia vulnus;
Hunc pudor e⁹ stupor atque effrons fiducia cœpit,
Atque tremor; nam cor trepidat, vincique pudebat:
Et stupet in forma, sed amoris flamma, pudore
Deposito, audacem faciens, insurgere iussit
Compositis sensim pedibus, tum virgine coram
Astitit, obliquansque dolo motabat ocellos,
Nutibus impellens tacitis errare puellæ
Mentem oculosque Herūs: quæ postquā sensit amorem
Leandrique dolos, gauisa est conscia formæ;
Sæpe etiam tacitum vultum demissa fefellit,
Nutibus occultis dans nuntia signa Leandro,
Atque iterum auertens: iuuenis tum gaudia pectus
Pertentant, quod se virgo intellexit amari.
Nec renuis: Dūmque occultam sibi postulat horam
Leander, sol contracta iam luce latebat
Occasus, vespérque aderat cum grandibus umbris:
Ille pede audenti confessim accedit ad illam,*

P O E M A T I V M.

Vi^t vidit pulla conceptas veste tenebras,
Vi^tque manum roseam compressit leniter Herūs,
Insanūm quantum ingemuit: voci illa pepercit
Iratam simulans, pulchrāmque auersa retraxit
Inde manum; sed vbi nutūs, animique remissi.
Indicia accepit Leander, veste petitam
Purpurea audacter deduxit in vltima templi.
Ponē sequebatur pedibus cunctantibus Hero,
Nolenti similis, vocēsque has ore refudit,
Fæmineum minitans in morem & verba Leandro,

Quis furor ô hospes? quid me rapis, ô scelerate
virginem? abi actutum, & mea vestimenta relinque;
Né ve meorum iram locupletum accerse parentum:
Non tibi fas Veneris sacram adfectare ministram,
Nulla via est qua tu possis contingere lectum
Virginis: Hæc sic virginibus consueta minata est;
Ille minas simul ac, muliebresque audiit iras,
Agnouit victæ signa haud obscura puellæ:
Fæmina nam cupidis quoties succenset ephebis,
Promittunt iræ Veneris commercia tales.

Ergo vbi odorato Nymphæ tulit oscula collo,
Sic fatur magno mentem percussus amore,

Altera post Venerē Venus, & post Pallada Pallas,
O quam te memorem! neque enim muliebribus istis
Te similem formis fas dicere! sed Ioue natis.
O fortunatos tam pulchra prole parentes!
O felicem vterum qui te tulit! En age nostris
Te facilem præbens precibus miserere furentis
Ignem tuo, Venerisque sacerdos Cypridis acta
Exsequere, & diuæ cole connubialia iura.
Non decet innuptas Veneri seruire puellas:

Sed nec virginibus signatis Cypria gaudet.
 Quæris quæ leges, quæ sint mysteria Diuæ?
 Coniugium & thalami: Quòd si tibi Cypris amatur,
 Flexanimorum age ama mellitum fœdus amorum;
 Supplicis hoc, si vis, vel coniugis accipe votum,
 Quem tibi cœpit Amor telis venatus acutis,
 Ut fortè Alcidem, virgam qui commouet auream
 Mercurius pernix, nymphæ seruire coëgit
 Iardaniæ: at tibi me misit Cytherea, nec Hermes.
 Virginis Arcadiæ puto te meminisse Atalantæ,
 Virginitatis amans quæ Milanionis amantis
 Effugit studia, irata post Cypride mutans,
 Spretum antè, ardebat tota deperdita mente:
 Da te ergo facilem, ne accendas Cypridis iram.

Sic ait; ac mens est renuentis flexa puellæ,
 Cörque deerrauit blando sermone loquentis.
 At virgo ipsa oculos figens tellure filebat,
 Clam suffusa genas instantे pudore rubentes:
 Ac summam pedibus terram radebat, & ora
 Sæpe verecunda atque humeros velabat amictu:
 Hæc persuasi animi sunt argumenta, silénsque
 Vsuram thalami solet omnis virgo pacisci.
 Dulcis amaritiem iam corde bibebat amoris
 Virgo Hero, flamma penitas arente medullas,
 Sensibus creptis ad amabilis ora Leandri.
 Ergo hic, donec operta effet caligine tellus,
 Insano errantes oculos Leander amore
 Non habuit fessos spectando virginis ora;
 Quæ tandem dulci sermone affata Leandrum est,
 Emittens molli pudibundum ex ore ruborem,
 Tu dictis, hospes, posse vel saxa mouere;

P O E M A T I V M.

Ecquis te docuit fallentia verba rotare?
 Heu quis te nostras externum duxit in oras?
 Attamen incassum fudisti hæc vinnula verba:
 Nam qui mecum in eas fædus peregrinus, et erro
 Intutus? sanctè atque palam connubia nobis
 Concelebrare nefas; nostri hoc vetuere parentes.
 Quin si fortè meam patriam cupis, hospes, habere,
 Semper furtiui retegenter gaudia lecti:
 Namque hominum vulgo lingua est mala, quodque
 Feceris in triujs, communis fabula fiet. (latenter
 Sed nec te plegeat patriam cum nomine vestram
 Dicere; nam nostrum notum tibi; nominor Hero:
 Celsa mihi domus est, que personat vndique, turris;
 Hic habitans vna tantum famulante ministra,
 Ante urbem sestum super altæ margine ripæ,
 Propter sum pelagus; sic me flatuere parentes:
 Nec prope sunt pueræ æquales, iuuenumque choreæ
 Longè absunt: verum semper noctuque, diuque
 Ventosi pelagi sonus auribus infremit asper.

Sic fata, oculuit roseam sub tegmine malam:
 Erubuitque iterum, et puduit sic esse locutam:
 Cuspide sed punctus Leander Amoris amara,
 Certamen quo pacto ineat meditatur amantum.
 Namque virum telis dominans Amor improbus, vlcus
 Sæpe viri medicat; tum quis semel imperat, ipse
 Cuncta regens, consultor erit mortalibus ægris:
 Ille Leandro etiam voluit succurrere amanti,
 Hinc animo æger amans sic callida dicta reponit,
 Te propter saeuas, ô virgo, enare per vndas
 Non dulitem, vel si plenum ignibus æstuet æquor,
 Nec frexa peruria sint; tua si mihi certa voluntas,

Haud

Haud hiemem horrisoni metuam maris, ire paratus
 In thalamum, formosa, tuum, semp̄que silente
 Nocte ferar, pontique Helles freta lata natator
 Traj̄ciam sponsus; procul haud mea distat Abydus
 Urbe tua: excelsa tantum de turre lucernam
 Ulteriore mihi ex ripa, in caligine pande:
 Sic mihi sidus erit tua fax, ego nauis Amoris;
 Intuitusque illam, non mersum ferè Bootēm,
 Non siccum Plaustri tractum, nec Oriona sēnum,
 Dulce queam aduersum patriæ contingere luctus.
 Tu graue spirantes ventos, mea cura, caueto,
 Ne faculam extinguat, animāque in luce relinquā
 Ilicet extincta: Nam lux dux nostra, salūsque est.
Quòd si tantus amor nostrum cognoscere nomen,
 Formosæ sponsus Leander nominor Herūs.

Coniugium clandestino sic fædere pactum est;
 Ambo inter se s̄ic conuenere, fidēque
 Ulro accepta data est, ut testis sola lucerna
 Nuntia sit thalami, & noctis fermentur amores.
 Hæc lumen præferre, hic se committere ponto.
 Promisit: mox perfectis insomnibus horis
 Peruigilis sacri, tūm inuitus uterque facebit;
 Hæc turrim repetens, ille atra in nocte recedens,
 Et misso turris signo, ne forsan aberret,
 In bene fundatæ populos enauit Abydi.
 Tota nocte ambo furtiuæ murmura rixæ
 Optabant; creperasque addit quas Hesperus umbras,
 Dilectus thalamis. Iam nigra in reueste reuersæ
 Surgebant tenebrae, mortalia pectora somno
 Damnantes, non Leandrum, qui littore ponti
 Exstructi thalami expectat prodentia signa,

POEMATIVM.

Facturā inque facem lacrymas vestigat ocellis,
Furtiū quæ nuntia erat longinqua cubilis.
vt vidit tectum prima caligine cælum,
Lychnū Hero ostēdit; mox postquā accēsa lucerna est,
Mentem accendit Amor properantis multa Leandri:
Cūmque ardente ardet iuuenis face, cūmque sonantes
Insani audiret fluctus maris, intremitt ipse
Primo aditu; sed pōst animis fiducia venie:
Talibus alloquijs se tandem hortatur, et infit,
sæuus amor certè est, pelagūsque immite; sed vndas
Æquora habent tātūm, vrit me intimus ignis Amoris,
Accipe cor flamas, neque sit metus ullus aquarum:
Huc mihi ades præsens in amore; quid æquor et vñ-
Horrescis? nescis Venerem maris esse propagem? das
Et domina est ponti, et nostros regit æqua labores.

Hæc vbi dixit, veraque manu sustollit amictum,
Exuit et membris, nuda in ceruice renodat,
Littoréque exsiluit, corpūsque emisit in altum,
Semper in aduersam properans transire lucernam,
Ipse suus remex, vector suus, et sua cymba.
At turri ex alta sublimis lucifer Hero,
Quà spirans tristes veatus diffuderat auras,
Sæpe mori retuit prætentā veste lucernam,
Donec multa mari passus Leander, in aetam
Sestiada euasit, turrimque inductus ab illa est;
Quæ virum anhelantem complexa in limine primo
Spumicomas pelagi stillantem è corpore guttas
Virginei cupidum thalami in penetralia duxit,
Detersitque cutem, roseoque perunxit olio
Corpus odorifero, pontique aboleuit odorem.
Quin et adhuc respirantem amplexata maritum

Mollibus in stratis hæc mollia verba locuta est,
 Sponse, graues quos nemo aliis tulit antè, labores
 Anclasti: mi sponse, sali spumantis abundè est
 Iam tibi, ceterisque, dedit quem pontus, odoris;
 Huc ages is, & sudorem depone laboris
 In nostros, optate, sinus. Zonam ille subinde
 Soluit, & in venerem veniunt communiter ambo.
 Non habuit choreas iste Hymen, nectorus hymnos,
 Coniugium cantor neque sacrum voce probauit;
 Nec fulsere faces ad connubiale cubile,
 Nec choreas agilis quisquam salifulsus egit;
 Sed nec Hymen Hymenee boni cecinere parentes:
 At fixo thalamo strauere silentia lectum,
 Perfica cum expeterent tunc tēpora, seraque mūdum
 Hora dedit, nullo sonuere Hymeneia cantu
 Gaudia; sola illis nox pronuba: nulla Leandrum
 In lectis Aurora virum conspexit apertis.
 Nando etenim aduersam contra repebat Abydon,
 Noctis adhuc spirans; sed non satiatus amore:
 At verò ipsa suis clam pulchra parentibus Hero
 Noctu nupta, die virgo apparebat: uterque
 Sæpe volebat ut occasum lux alma videret.
 Sic suffurantes fatalis tempus amoris
 Mutua carpebant celati gaudia lecti.
 Verùm ambo exiguo vixerunt tempore lāti,
 Nec potuere diu instabilis audere hymenæo:
 Nam simul ac hiemis pelago vis aura rigentis
 Incubuit, dein horrentes sonuere procellæ,
 Et stabilita altè mollis fundamina ponti,
 Hiberno flantes quassarunt sidere venti,
 Turbine verrentes lacum mare, nauita scuum,

P O E M A T I V M .

Nec tunc fugiens pelagus, tellure repulsam
 E gemina piceam iam fregerat æquore nauim.
 At non ô patiens animi, generose Leandre,
 Te metus hiberni maris arcuit: illa lucerna
 De turri, e^r solitæ monitrix prænuntia flammæ
 Suasit ut insanos velles contemnere fluctus,
 Crudelis, neque fida: ô si miseranda puella,
 Dum scaubat hiems, sine coniuge sola Leandro,
 Mansisset, thalami metuens accedere fidus!
 Sed superans Amor, e^r fati vis dura coëgit:
 Viæta facem mortis, neque iam monstrabat amoris.
 Nox erat (e^r grauius spirant hoc tempore venti,
 Flatibus hibernis ferientes littora venti
 Confertim incumbunt pelago) cùm sponte Leander
 Spe solitæ sponsæ, se triste frementibus vndis
 Commisit; iamque vnda super deuoluitur vndam,
 Turbatur pelago, miscetur e^r æthere pontus,
 Vndique fit sonitus, dum venti prælia miscent,
 Eurus flat contra Zephyrum, Boreæque minatur
 Multa Notus, magno pelagi ruit vnda fragore.
 Interea infelix iuuenis crudelibus actus
 Vorticibus, supplex Cytheream s^ape vocabat,
 S^ape e^r Neptunum, imperio freta lata tenentem;
 Nec Boream Nymphæ immemorē sinit Attidos: atqui
 Nullum illi auxilium, neque fata amor acer abegit.
 Vndique surgentis tandem infausto impete fluctus
 Illis fertur, genuum vis fracta labascit,
 Mobilium manuum virtus immota iacensque est:
 Intrat e^r in fauces sponte ingens fluxus aquarum.
 Sic tristes bilit ille sali insuperabilis vndas:
 Quin fax infida extincta est stridore procellæ


Illa salas et amor, lacrymandi et vita Leandri:
 Dumque teneret adhuc iter hic, vigilantibus usque
 Fluctuat illa oculis, plangentibus incita curis.
 Iamque erat orta dies, neque sponsum respicit Hero,
 Luminaque intendens in lati tergora ponti,
 Quærit an errantem poterit spectare maritum,
 Forte face extincta: sed ubi in fundamine turris
 Ascopulis lacerum confortin corpus amici
 Aspexit, pictam scindens à pectore vestem,
 Præcipiti sonitu de turri proruit alta.
 Sic Hero super interijt consorte peremto;
 séque ipsis ambo supremo in fine fruuntur.

Ex ANTIPATRO.

In Hero & Leandrum.

Hic tristus erat Leandri, hoc turre sub alta
 Triste fretum, haud solus quod graue sensit Amor.
 Hæc domus, hæc Herus habitacula; turris et hæ sunt
 Reliquiae, hic lychnus proditor ille fuit.
 Ambos unus habet tumulus; qui nunc quoque vent
 Illius incusant in uida flabra sibi.





S V M M A P R I V I L E G I I .

Diplomate Regio cautum est Roberto Stephano R. F. R. N. ne quis hæc Epigramma-
ta ex libris Græcæ Anthologie à Q. Septimio Flo-
rente Christiano selecta, & Latine versa, intra
sexennium excudat, aut alibi excusa clam, pa-
lāmve diuendat, publicationis exemplarium, si
quis secus fecerit, multâ indictâ, prout amplius
in ipso diplomate continetur. Lutetiaz Parisio-
rum, vii. Kal. Quint. A. S. M. DC. IIX.

P E R R O T.